

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 206. Confessarius tenetur, per se loquendo, pœnitentibus  
imponere, & pœnitentes acceptare pœnitentiam, seu satisfactionem  
gravitati multitudinique criminum proportionatam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

Sacram. differt. 14. c. 4. Et (preter iumentos alios) Christianus Lupus in differt. de Indulgent. cap. 8. & 10. ubi (posteaquam ostendit, pro lucrandis Indulgentias necessaria esse) varia pœnitentia opera, quibus peccator redditur vicimus "absolutioni" docet, quod Pœnitentiales Presbyters teri, qui plene Indulgentia diebus, nullas aut modicas pœnitentias imponunt magnis peccatoribus, gravissimè et plurimis frustrantur Indulgentia fructu. Quodque in anno Jubilai, aut qualvis alia Indulgentia, non omnes plenam, sed plurimi solum juxta sua pœnitentia, & aliorum bonorum operum merita, & quantitatem, consequuntur remissionem, prout tempore plene satisfactioni magis aut minus per ita accelerint.

<sup>2509</sup> Ita fuis prosequi, charitas Christi urxit me, zelus salutis animarum, ut Confessarii, & Conciatorens a mentibus Christianorum falsam illam auferant persuasione, quā seduici peccatores innumeris Indulgentias abutuntur ad impœnitentiam, vel certe ad negligendam pœnitentiam, cuius opera dum negligunt, peccatorum gravitatem non sentiunt, casus proinde non emendantes, in ipsis moriuntur, & perirent.

## C A P U T C C V I .

Confessarii tenetur, per se loquendo, pœnitentibus imponere, & pœnitentes acceptare pœnitentiam, seu satisfactionem gravitati multitudinem criminum proportionatam.

<sup>2510</sup> Hoc etiam charitas Christi, zelus salutis animarum urget nos ad redarguandam ex facies Litteris, Conciliis, Patribus, Sanctis novissimis, & præcipuis Doctribus, numiam in pœnitentia injungendis Confessarioribus remissionem, quā sit ut peccatorum infinitus numerus, dum à peccatis non revocatur fratre pœnitentie salutaris, nec à pravis habitibus, peccando contrahitis, convenienti medicina curatur, peccata peccatis accumulet, & in peccatis perseverando, tandem pereat. Sit itaque

## S. I.

Absitio probatur ex facies Litteris.

<sup>2511</sup> Primo, quia, ut Bellarmius ait conc. 9. in Dom. 4. Advent. Scriptura sacra, cum de pœnitentia loquuntur, ubique cinerem & cilicium commemorant, & nunc planctum anarum, nunc lacrimum unigeniti adhibendum esse docem. Hierem. 4. & 6. Mich. 4. &c.

<sup>2512</sup> Secundo, quia Matth. 3. & Luc. 3. v. 8. Precursores Domini alias peccatoribus viam non demonstrat, ad fugiendam venturam itam (quā sententia aeterna maledictionis post hanc vitam in reprobus fulminebitur), de qua se explicit ibidem v. 10. iam enim securis ad radicem uerbis posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem miseretur (alias (iā quam) viam ipsi non demonstrat, nisi hanc, facite fructus agnisi pœnitentia). Ubi Gregorius Magnus observat (hom. 20. in Evangelia) quod non solum fructus pœnitentia, sed dignus fructus pœnitentia adhuc esse faciendo. Pro cuius explicatione, secundum est (inquit quod quisquis ille licet nulla commisit, huic iure conceditur, ut licet utatur.... At si quis in fornicationis culpare, vel fortissime quod est gravius, in adulterium lassis est, tamen a se licet debet absindere, quanto se meminit & illicita perpetrat). Neque enim pars fructus boni operis est debet ejus qui nullus, & ejus qui amplius deliquerit, aut ejus qui nullus, & ejus qui in quibusdam facinoribus cecidit, & ejus qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicuntur, facite fructus dignus pœnitentie, uniuscuiusque que

conscientia conveniat, ut tanto majora acquiras bonorum operum luera per pœnitentiam, quanto graviora sibi insulsa dama per culpam.

Tertiū ex Act. 26. annuntiabam ut pœnitentiam <sup>2513</sup> agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiae opera faciendo. Veram igitur ad Deum conversionem comitari debet exercitium dignorum pœnitentiae operum. Quid est dignorum? quæ scilicet proportionata sim magnitudini, multitudine criminum commissorum. Sic enim SS. Patres unanimi sensu semper intellexerunt, ut proximè videbitur.

## S. II.

Probatur etiam ex unanimi sensu, traditioneque Sandorum, Conciliorumque veterum ac no-

vissimorum.

<sup>2514</sup> Q Uodd enim pœnitentia seu satisfactione gravissimæ criminum esse debeat proportionata, uno ore Concilia & Sancti proclamant. Quam magna deliquimus (sic Cyprianus l. de lapis) tam granditer desleamus... pœnitentia criminis minor non sit. Et quid ibidem addit de Sacerdote pœnitentiam proportionatam non imponente? peccandi (inquit) somitem subministrat, nec comprimit deliciae, sed nutrit.... Imperitus est Medicus, quā timentes vulnerum finis manu parcente concrebat, apertendens eph. vulnus, & secundum, & putraminus amputatis, medela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet ager impatiens per dolorem, gratias agat postmodum, cum sanferit san-

tatem. Clerus Rom. epist. ad Cyprian. ne sint minora <sup>2515</sup> remedia, quā vulnera.

Basilius hom. in illud: attende tibi: attende <sup>2516</sup> tibi, ut pro delicti proportione, hinc quoque muteris, ex admota tibi medela, valetudinis inflau- rande subfadium. Magnum est, & grave pecca- tum? matris opus habes confessione, lacrymis ana- rulentis, per acri contentione vigiliarum, intervallo & contingen- tefusio.

Chrysostomus homil. 80. ad populum Antio- <sup>2517</sup> chenum: parem peccati pœnitentiam exhibeamus.

Ambrosius ad virg. lap. grande scelus, gran- <sup>2518</sup> dem necessariam habet satisfactionem.... quanta, putas, & qualis necessaria pœnitentia? quæ aut

equæ crimina, eas excedat.

Hieronymus in cap. 2. Hierem. levi peccato- <sup>2519</sup> rune forde maculatus, levitoribus purgatur moni- tis. Porro peccata gravia.... nec miti, nec berba- toribus dilitt possunt, sed gravioribus tormentis in-

digunt. Augustinus ferm. 34. de divers. c. 12. gravia <sup>2520</sup> & mortifera nisi per vehementissimam molestiam... tribulationis pœnitentia non relaxantur. Et Enchirid. cap. 65. agendam dicit pœnitentiam secundum modum sui cuiusque peccati.

S. Leo ferm. de Octava SS. Petri & Pauli: <sup>2521</sup> gravi negligentia, majore satisfactione curanda est. Gregorius Pastoral. p. 3. post admonit. 30. <sup>2522</sup> scriptum est: potest dedil illis in lacrymis in men- tira, ut zelidices uniuscuiusque mens sanctum pre- mitendo compunctionis sua bibas lacrymas, quan-

tim se à Deo meminit aruisse per culpar.

S. Eligius hom. 25. majora crimina admitten- <sup>2523</sup> tibus, majora sunt admittenda remedia.

Ildorus lib. 2. de divin. Offic. c. 16. quando <sup>2524</sup> in peccando fuit ad mala promptior mentis inten- tio, tanto devotior debet esse in pœnitendo.

Petrus Damiani opuscul. de perfect. Monach. c. <sup>2525</sup>

6. uniuscuiusque quod magis gravatur offendit, & ma- jori gravatus est pondere satisfactionis. Et ferm. 2. de S. Andrea (qui reperit inter opera sancti Bernardi) ne tibi blandiaris, si graviter peccasti levior pœnitentia, vel a nesciente, vel a diffi- cultate dictatur: cum purgatoriis igitur perficere de-

Liber Quintus.

584

beat. quidquid hic minùs feceris. Quia dignos pœnitentia fructus querit Aliximus. Liceat autem non evaserit manus Omnipotens, qui tibi plane non consulat; tibi tamen ratio magistra præsidet, quæ te doceat, tantum à licitis abstinere, quantum te memineris illicita perpetrasse.

2526 Bernardus, ieu quisquis est Author libri de modo vivi, ad foror. cap. 27. secundum infirmatem adhibenda est medicina. Gravia peccata, grandia lamenta desiderant.

2527 Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. p. 14. cap. 21. si in correctione minor est afflictio, quam in culpa fuit delectatio, non est dignus pœnitentia fructus.

2528 Ex ipsis, & post ipsos Magister Sentent. in 4. dist. 16. satisfactio à Joanne præcipitur, ubi ait: facite fructus dignos pœnitentia, scilicet, ut secundum qualitatem & quantitatem culpe sit qualitas & quantitas pena. Magistrum sequuntur Albertus Magnus, S. Thomas ibidem. Qui etiam opus. 65. de officiis. Sacerdot. dicit, quod per pœnitentias falsas anima ad inferna trabuntur. Quodque Sacerdos cavere debet, ne pœnitentia ita levem imponat, ut peccator contemnatur peccatum, & ex levitate pœnitentie relabatur liberius ad peccandum.

2529 S. Carolus Borromæus in Sacramentali Ambrosiano tit. Instrutio pœnitentia; Parochus maxime cavebit, ut ne pro peccatis gravibus levissimas pœnitentias imponat, id quod & Confessoribus. & pœnitentibus periculum est: cum id a sacris Lituris, & à Conciliis Decretis, & à SS. Patrum sententia alienum sit. Nam divina Litura ab illis qui pœnitentiam agunt, hoc efflagant, ut si falsa dignis pœnitentia faciant, auge ad Dominum non convertantur in Iesu, & fletu, & planctu. Et verò qui pro peccatis gravibus leves quodam pœnitentia modis imponunt, bi (inquit canon 38. Concilii II. Cabili) consunt pulvillo sub omni cubito manū, &c.

Idem dicit canon 31. Concilii Moguntini sub Rabano. Et canon 32. Concilii Parisiensis VI. Et idem igni tradendos latuit libellos quodam pœnitentiales, quibus leviores quam par erat pœnitentia statuerantur, ne per eos Sacerdotes imperiti animas decipiant.

2530 Ad quod etiam præcavendum, Concilium Turense III. anni 813. statuit, ut juxta modum peccati pœnitentia imponatur. Et Concilium Romanum V. sub Gregorio VII. can. 5. falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum autoritatem sacerdotum Patriarum, pro qualitate criminis imponuntur. Cümque tempore Comneni Imperatoris, quidam Episcopus homicidam leviori quam par erat pœnitentia multa fecit, Lucas, Patriarcha Constantinopolitanus, convocato Episcoporum Concilio, Episcopum illum suspendit. Cümque se ille excularet, dicens, licere Episcopo (secundum Canones) canonicas pœnitentias diminuere: Synodus respondit, id quidem verum; at concessum non esse aranearum filii ligare, quæ tripli rudente alliganda sunt. Sic refert Theodorus Balsamon Comment. in Canon. Epist. S. Basili.

2531 Et ut ad victoriæ Concilii veniam, Institutio Chirilliana (juxta quam populos crudiri jubet Concilium Moguntinum anni 1549.) tñ de satisfied. §. longum esset, sic habet: "multos cultas nostra, qui consuunt pulvillo sub omnibz cubito manu, & faciunt cervicalia sub capite universe artis, ad capiendas animas: qui contra Evangelii vigorem, venie facilitatem promittentes, malitiam hominum in infinitum augent. Nimirum illa diabolus est nociva persecutio, sub falsa securitate animas ad certum interitum ventans. Dum enim ipse facilius veniae nihil metuit, sceleribus cumulantur. Quod ne-

fiat, §. 1. sic temperanda dicit, pœnitentie exercitia, ut molestia sint sensui carnis, & pœnam habeant.

Synodus Archidiœcœfana Pragensis anni 1605. tit de poenit. id ipsum reportit quod supra dicit canon 38. Concilii Cabilon.

Sed his omnibus majus est quod Concilium Generale Tridentinum ait sess. 4. cap. 8. debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares & convenientes satisfactiones injungere, ne si forte pecatibus connivant, & indulgentius cum penitentibus agant, levissima quadam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum pecatorum participes efficiantur. Habeant ergo pro oculis, ut satisfactionem quam injungunt, ut non tantum ad novæ vita custodiam, & intramitatis medicamentum; sed etiam praetextum vindictam & castigationem."

Verba sane Confessarii formidanda. Quis enim non reformidet alienorum peccatorum participes fieri? Cui dubium est potest, plurimos Confessarios, vita aliquo auferre & probare, ob id ipsum in foveam & periculum damnationis prouere? non tam ob propria, quam ob aliena peccata, quæ dum convenienti satisfactione non castigaverunt, nec curaverunt, eorum participes effecti, unum cum ipsis ad inferna descendunt.

§. III.

Tertiò probatur ex gravissimis querimonis, sententiisque gravissimorum Cardinalium, Episcoporum, adversus moliores Confessarios levissimam pœnitentias pro gravibus delictis imponentes, necnon adversus pœnitentes, qui tales Confessarios querunt.

S. Arctus Leo Papa epist. 79. de talibus Conciliis sacerdotis dicit: abicienda prorsus pœnitentia, que siem, peccatis aliorum parendo, non parcit. Terribilis adiutor Horimilas Papa ep. ad universi Provincie que exstatin fine Pœnitentialis Haltigarii tom. 5. Biblioth. Patrium: que est ista iniuria benigntas, palpare crimina, & vulnera eorum nijozæ ad diem judicii incurvare servare: verè dico, quia illi ipsis quibus cum periculosa & falsa misericordia indulgere videbuntur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advercent, contra nijos causas dicuntur, dientes, quod dum aut aperientem lingua eorum expavimus, aut falsabundamente, & periculosa adulatio spiram hinc accepimus, nos eos, dum illi inutiliter indulgunt, in peccatis permanere, aut ipsa etiam peccata auge permiserimus.

S. Cardinalis Petrus Damiani in suo Gomorriano cap. 2. de iis Confessariis agens, qui remissum in pœnitentia imponenda agebant cum Clericis sele polluentibus: haec (inquit) impia putatas non vulnus amputat, sed, ut angeatur, fons mortis subministrat. Capite citram 10. 11. & 12. miliores seu remissiores peccatorum castigationes, vana ludibriæ vocat, & deliramenta, quibus carnales confidunt.... & vane se spesi securitate devidant. Imo (inquit cap. 11.) figuræ sunt abdictione ad decipiendas simplicium animas....cave ab his qui cumque es, ne te Sirenum carmen mortiferæ navigat demolecat, ne navis tua mentis in Scyllæ voragine profunda deremergat. Et serm. 70. in pœnitentia virtute caligant oculi plurimorum, qui vel discretione privati, vel affectionate seducit, aut nesciunt quid injungant, aut, si sciunt, privatim gratiæ preferunt veritatem.

Jacobus Cardinalis de Vitriaco serm. 3. Dom. in Albis. si Sacerdos pro jejunio minus diei ab omni pœna criminalium, que peccator commisit, absolu-

vit, non approbatur in curia cœlesti; sed tam Sacerdos, quam ille quem indiscretè putat absolvere, in foream cadant, &c.

2537 Cardinalis Gropperus in Instructione sua Catholica vehementer redarguit negligentiam imperitiamque plurium Sacerdotum, in congruis poenitentiis impontendis, camque dicit esse causam fodi fistinorum malorum, & scandalorum, qua videtur in Ecclesiastim agminatum inaudire. Et idem p. 231. valde hortatur Sacerdotes, ut caveant, ne vulnere, dum albuc pia intus est, parcent manu cœtricem obducant; sed potius, secuto eo, & aperio, fortiori poenitentia medicinam, dum omnis purtredo evanescatur, infundat. Et addit, eos qui hanc tam necessariam & salutarem curam negligunt.... fuscios & femorios, non attrectant vulnere, inani sp. lactare, eaque impletos, in mortem aeternam duraturum, dum impunitentes manent, nulloque penitentia fructus edunt, precipitare.

2538 Cardinalis Bellarminus conc. 9. in Domin. 4. Advent. graviter conqueritur, quod digna penitentia opera non solum in mortibus nostris, sed viri jam in libris iurorum Casuilarum reperiantur. Et enarrat austeram penitentiam veterum Christianorum, negligentiisque & mollietate modernorum: unde (inquit) tantus sepor in nobis, tanto segnies?... nisi ex eo... quid non intelligimus, nec intelligere cupimus, quid sit Deum offendere? & quid inde sequitur, nisi ut quamplurimi turmatim in gebennam descendant, & cuius caufam conc. 8. etc dicit nimiam Confessariorum faciliatem, qui tam satisfacere paratos quam non parato, quasi propriâ potestate & autoritate absolvent. Ipsi sua imperitiis & superbâ corruptum populos. & eis vera penitentia viam praedulant.

2539 Cardinalis Caiusius in Constitut. Synod. tit. 6. a. 6. scilicet. 6. nullum abusum Concilia sancti Episcopi novissimorum faculorum tantoper deplorarunt, sicut penitentia relaxationem, cuius non superest nisi exterior superficies, & nomen apud Christianos: sed quid paucissimi sint Sacerdotes, qui salutares & convenientes imponant, sicut & peccatores, qui eas acceptent. Hunc abusum Sancti pronuntiant caufam esse malorum omnium & scandalorum, qua in dominum Domini turmatim introierunt, omnesque decorum sponsa ipsius deformaverunt.

2540 Jonas Episcopus Aurelianensis lib. de Instrut. Laic. c. 10. quidam peccatorum surorum concii, imperitos animarum suarum Medicos expertant, ut sibi ad votum suum penitentia temporis imponant, & peritos idem declinant, ne austeriori penitentie eos addicant. Verum si peritus Medicus ad morbos corporispellendos queritur; quasi magis Medicus anima peritissimum querendus est? Ut ergo artis medicinae neficiu, dum curare neficit vulnera corporis, non illud minuit, sed magis plerunque incrementum ei addit; ita & imperiti Medicus animarum, dum carum languoribus mederi vult, quia hic congrua mendicamenta necesse adhibere, eisdem languore creditur incrementare. De talibus inquit Deus per Prophetam: vivificabant animas que non vivebant, & mortificabant animas que non moriebantur. Sunt etiam plerique spirituales Medici, qui mendaci animarum vulnera habent scientiam, sed aut amoris proprii, aut adulatio[n]is causâ, errata eorum, qui sibi confessionem peccatorum surorum faciunt, salverimus penitentia rigore ferire refugunt. De quibus rursus Dominus per Prophetam: v[er]e (inquit) his qui consunt pulvilli sub omni cubito manus. Hunc locum Papa Gregorius in Libro Pastorali ita exponit: sub omni cubito manus ponere, est cadentes a sua subtilitate animas, atque in bujummodo se delectatione reclinantes blanda adulatio[n]e resuere. Quasi enim pulvilli cubitus, vel cervicalibus caput penentis excipitur, cum correctionis duritia peccanti iubrabitur, eique mollesse favorum adhibetur, ut in errore

molliter jaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat. Hi autem qui imperitos adulatores animarum suarum Medicos querunt, vanâ securitate seipso decipiunt. Ad hoc nempe tales querere solent, us in penitendo penitentiis nibil afflitionis corpus eorum sentiat; praesertim ciam Papa Gregorius dicat: caro leta nos traxit ad mortem; afflictio reducit ad vitam.

Guido de Seve, laudatissimus Episcopus Atrebatensis, in regulis penitentiae, quas Episcopi super triginta, non sine magnifico elogio, suas fecerunt, reg. 145. " si Confessarii imperiosus vacarent legenda Scripturae sacrae (qua verus est " fons moralis christiana) ubique deprehenderent, penitentiam conversionis esse sociam. Si vita luxuriant Sanctorum, ex ipsis nec unum inventirent abique labore salutem consecutum. Si Patres de penitentia tractantes consularent, in omnibus rigorem inspicserent. Si Veteres omnes hac de re agentes evoluerent, nullum ex ipsis comperebant mollieris erga criminiosos praeciosos patronum. Si ergo mollier quisque Confessarius tuum agendi modum conferat cum doctrina Scripturae, Conciliorum, Patrum, circa qualitatem doloris, & satisfactionis, vel Scripturam, Concilia, Patres damnabit; vel molliorem suum agendi modum, si propriam amet salutem, emendabit. Et reg. 119. fibine Confessarius, sapiens & discrecus, persuadere potest, enormis criminis, tam severè olim caligata, sufficienter hodie expiri per satisfactionem, nihil austeri pra se ferentem, penitentiamque nihil nisi penitentis nomen habentem? Et reg. 120. inconcepibile est, quod cum justis alia non pateat salutis via, nisi via crucis, aliam quis patre velit peccatoribus viam suavem, facilem, placenter, & abique alia pena, nisi quod ea Confessario facili debent peccata, subinde publica, de quibus frequenter apud mundanos homines gloriari sunt."

Talibus Confessariis, seu Medicis spiritualibus (quos magno effe numero supra audivimus ex Petro Damiani, Jona Episcopo Aurelianensi, &c.) se curandos tradere non debent, qui sanitatem animalium suarum totu sinceroque corde desiderant. Ipsos namque alloquens Gregorius VII. in VII. Concilio suo Romano Can. 4 inter omnia vos hortamus (inquit) atque monemus, ut in accipientiis penitentibus non ad illas curratis, in quibus nec religio/a vita, nec est consulendi scientia, qui animas hominum magis ad interium, quam ad salutem ducent (tepe Veritate, que ait: si cœcas cœcum ducas, ambo in favorem cadant) sed ad eos qui Religione & Scripturarum doctrinâ instruti, viam veritatis & salutis vobis offendere valeant. Secus facere, an non est infanire? An non infanira magna est, Medicis ineptis, seu imperiti, vel adulatoribus, anima salutem committere? An sane mentis homines talibus committant salutem corporis? Dicitur tamen in speculo virtutum tit. de conscient. fol. 221. quod "hujusmodi infantorum magnus est numerus, qui sine discrimine ad Confessarios simplices, & conscientiam animas curare negligentes accedunt: id quod tamen in caufa corporis sui mortalis vix facerent. Etenim si infirmi vel sauci torent, morbi & vulneribus suis expertissimum utique, quem invenire possent, Medicum vel Chirurgum exquirerent. At vero luxuriosi, superbi, avari, aliquique peccatis (qua vel desercere, vel digna penitentiae operibus emendare nolunt) impliciti, sibi in peccatis similes, saltet simplices, vel adulantes Confessarios querunt, quod graviores, quas meruire, penitentias evitent, fugiuntque sapientes & rectos. Adeoque cœcas exēcum in favorem inferni, vel ut minimum horribilis purgatori ducit."

Eccc

Infans istos aciore Censuā perstringit. B.  
 2543 Henricus Sufo lib. 9. de rupibus cap. 9. S. quo-  
 que Vincentius Ferrerius Domin. 4. post Trinit-  
 tern. 1. q. de ea virtute in morali: *junt* (inquit)  
 aliqui qui quando debent confiteri, scient elegant  
*Confessorem* eorum, sicut sunt usurari, concubinari,  
 vindicativi, & similes, dicendo, *Si ego confiterer*  
*tali*, qui est malum intelligent, non absolvere  
*me*, & scienter vadant ad bestiam ignorantem....  
 Et condemnat se, & videntes ad se, quia nesci-  
 quid debet eis injungere. Denique (piuribus alius  
 citimiss.) S. Bernardinus Senensis to. 3. serm. 35.  
 de amore conterente, *occursit in confessione*, scilicet  
 in mercatoribus, vendentibus pannos ejusdem boni-  
 tatis, conditionis & collationis, & unus vendit  
 pannum suum pro majori prelio quam alter: *Certe*  
 ille mercator habebit maiorem concurredam, qui ven-  
 dit minori prelio, quam qui vendit majori. Ita hodie  
 accidit in confessione: quia Confessores qui dant ma-  
 jores penitentias, habent majorem concurredam,  
 quam dantes magnas, & si sit mercatura de peni-  
 tentiis; & ipsi qui vadunt ad tales qui dant mino-  
 res penitentias, causâ evadendi bonus Confessores,  
 causâ non habendi congras penitentias, & mag-  
 nas, non plus habent contritionis, quam diabolus.

Sapienter vero Hugo Victorinus Erudit. Thol.  
 2544 l. 2. de Sacram. p. 14. c. 3. obseruat, propter pec-  
 cata plurimorum, Deum permittit talen infi-  
 miā ipsorum, quodque incident in Confessarios  
 vel imperitos, vel adulatores, vel laxiora opinamen-  
 ta feccentes. Ibi namque penitentem at ejusmodi  
 di Confessore deceptum, de coequo conquerente  
 inducens: *Quare (inquit) factum est ut talen*  
*Sacerdotem non habeam, qui dicat mihi hoc quod*  
*oportet?* Audi quare; propter peccata tua ja-  
 cundum est hoc, quibus meruisti ut malum haberet;  
 quibus (si dirigitur judicare) & hoc meruares ut  
 nullum haberet. Qui (inquit Scriptura) regnare  
 facit hominem hypocrita propter peccata populi  
 (Job 24.) & ego (ait Ezech. 3.) adhuc fecere fa-  
 ciam linguam palato tuo, & eris mutus, nec quasi  
 vir obiurgans, quia domus exasperans est.... Pigris-  
 tia tua & negligens occisionem torporis quaeruit,  
 non correctionem. Et visit hoc Deus, & dedit tibi  
 secundum eorū tuū, ut non inveneries quod non qua-  
 rebas accipere.

#### §. IV.

Ratio propter quam in Assertionē dixi, Confessa-  
 riū teneri ad imponendam penitentiam pecca-  
 tis proportionatam, per se loquendo.

2545 Ratio (inquit) propter quam addidi hyper se  
 loquendo, est quia Confessarios, in satisfac-  
 tibus injungendis, non solum habere debet ratio-  
 nem gravitatis, qualitatis, & multitudinis criminis,  
 sed & facultati penitentiae, ut Concilium  
 Tridentinum docet loco citato: *debent...* Sacer-  
 dotes... pro qualitate criminis, & penitentiae  
 facultate... convenientes satisfactiones injungere.

2546 Et idē agis ac moribundis, notificata peni-  
 tentia quam promoverent, sufficit injungere pa-  
 tientiam, & voluntaria resignationem in perfec-  
 tis molestis aggritudinis sua, ut & in perferrenda  
 morte, si Deus sic disposerit. Sunt etiam nonnulli  
 sani corpore, qui ob continuum laborem (sibi necesse  
 fari ad suam, suorumque vitam sustentandam)  
 nec multum orare possunt, nec multum jejunare,  
 nec habent unde eleemosynam facient. Quibus imprudenter Confessarius eleemosynas, vel multis orationes (diebus saltem feriales) vel multa je-  
 junia imponeret. Ipsis proinde ea solum injungere  
 debet, quae possunt, hoc addendo, ut laborem  
 suum, & quemcumque sustinent mala, Deo fre-  
 quenter offerant in remissionem peccatorum suo-  
 rum.

Nec solum habenda est ratio corporalis facultatis,  
 verum & spiritualis, seu humanae fragilitatis, ita ut  
 minuenda sit penitentia, dum penitens, non ex  
 voluntatis pertinacia, solayè voluntaria molle &  
 ignavia, allegat se talem vel talem penitentiam  
 ferre non posse, sed ex eo quod fragilitas sua  
 conscientia, timeat ne sibi animus in caputferenda  
 deficit, & ne proinde eam omittat, vel etiam  
 desperet. Tunc (inquam) penitens animandus  
 est quidem, ut his potius quam in purgatorio fa-  
 tisfaciat, ipsi offrendo criminum ipsius grav-  
 itatem, & quantam ob ea penitam promittere sit,  
 quam si hic neglexerit; ibi horribiliter cruciandus  
 sit. Verum si nihilominus adhuc in tantum appa-  
 reat tentatione turbatus, ut omisso, vel despera-  
 to timenda sit, mitius cum ipso agendum, ne  
 quid deterior ipsi contingat, caue ipsi penitentia  
 imponenda, quam possit & velit adimplere.  
 Tunc enim procedit, quod vulgo dicitur, melius effici penitentem cum minori penitentia mit-  
 tere in purgatorium, quam cum majori in infer-  
 num.

Et ita docent sancti Patres, veteres ac novi.  
 Imprimis Joannes uolter Hierosolymitanus Patriarcha XLIV. homil. 43. operi imperfecti in  
 Matth. (quod opus Chrysostomi tribus foliis)  
 super illum locum, obligant onera gravis, &c.  
 Si jaceam super humeros asperfescens, quem non po-  
 teji baleari, posueris, necesse bales, ut aut fal-  
 cem ejicias, aut sub pondere confringatur: sic &  
 homini, cui grave pondus penitentia ponit, ne-  
 ceffo ei, ut aut penitentiam tuam rejicias, aut  
 suscipiens, dum jafferre non poscas, scandalizatus  
 amplius peccet. *Luce itaque*, si erramus, medi-  
 can penitentiam imponendo, nonne metuere propter  
 ter misericordiam rationem reddere, quam propter  
 crudelitatem?

Præclarè etiam hac de re agit S. Peter Nilus, 2547  
 S. Joannis Chrysostomi discipulus, epist. 3. ad  
 Charicium Presbyterum. Epistolam hanc per exten-  
 tum refert Author Tempeliatis Novatianensis  
 att. 15. velut luculentum (inquit) monumentum,  
 quo traditus hostierna praxis plurium Confessariorum, remissius agentium cum peccatori-  
 bus quibuscumque, quamlibet magis, quamlibet,  
 & quantumlibet recidivis, etiam centis pol-  
 datum Confessario meliori vite fidem fidei-  
 gis, ipsos toties quoties indilatè abolvendo infor-  
 mo verbo, quo le contritos afflant; vel levissi-  
 mis etiam penitentias pro gravissimis delictis  
 passim imponendo. Verum neutram illam pra-  
 xim ea in epistola tangit S. Nilus, upote qui no  
 verbum quidem habet sive pro ipsa, sive pro illa  
 praxi. Legatur, & relegatur animo non preoc-  
 cupato. Duplicem Charicium Presbyterum in admis-  
 trando Penitentias Sacramento durtit ni-  
 miam in epistola ista unicè reprehendit S. Nilus &  
 nos cum ipso. Primo in eo quod ore contineat  
 peccata sua, tametit corde contrito, & humiliato,  
 nunquam absolveret, nisi condigna satisfactio-  
 ne, ante absolutionem peracta, & quod dicere, cos qui  
 cum opere peccaverint, verbis joians confiantur,  
 Domino non accipi.

Secundo in eo quod laboriosi penitentis ope-  
 ra, caue condigna uniuersim exigerab omnibus;  
 nullam in penitentia impoſitione habendo ratio-  
 nem fragilitatis & infirmitatis penitentium, sed solum  
 gravitatis peccatorum. Utramque illam duri-  
 tiem cum S. Nilo concordamus, & nescio quis  
 non condemnem. Sed non idē S. Nilus probare-  
 miflorem praxim pauci ante memoratam. Ni-  
 mū dignissimum ille Magni Chrysostomi discipulus  
 non recepit à doctrina tanti Magistri, qui tamē  
 mitissimum, de nimiaque indulgentia accusatus in  
 Synodo ad Quercum) utramque praxim illam ni-  
 hilominus improbat. Postiorem quidem homili-  
 80. ad

Si ad populum Antioch. ubi parvum peccatis penitentiam requirit, per se loquendo. Priorem verò suprà c. 76. & omnibus locis in quibus emendationem requirit, ad judicandum de vera poenitentia, utique homil 34. in c. 4. Joan. ea demum est poenitentia, ne amplius peccatum. Enimvero usquevenire solet, ut qui penituit verè, corrigat plurima, maxime facinora. Parvensi pr. ad Theodor. lapi. Verapenitentia sic est quomodo ager fructifer, aut vi-nea secunda, aut arbor fructifera, serm. 7. de penit. Non illi igitur confenda poenitentia vera, quæ emendatione fructus non profert. Unde concludit: si tu fuge, lingua contine, mores compone, virtutis vincere, virtutem diligere, sanctitudinem sequere, & pene- na est poenitentia tua. Verus poenitens est arbor à Deo plantata: aqua non es arbor à Deo plantata, si lignos fructus non exhibes. Homil. 24. de arbores fictis à Domino arcata. Fructus vero præcipuus vera poenitentia, emeratio est. Exinde orat. de S. Philologio, vera poenitentia hanc affert conditionem, ut uacca spiritualibus, nec denū convertamini canis in uore ad proprium vomitum. Homil. 41. ad pop. Antioch. demonstrat, quod Petrus egit poenitentiam quædam dñm apotebat, quia sicut amarè, & cetera quæ dictam sequuntur familiæ fecerit. Quid enim fecit? Per multa suam ostendit fortitudinem, & animi constantiam.

